

Albert Hein Sigmund Dürfeld

Disputatio De Libellis

Rostochii: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730872580>

Druck Freier  Zugang



Proces. Vert.
| |
Hein - Drosfeld.
1620.

DISPUTATIO
DE
LIBELLIS,

10
13
Quam
ADMINICULATORE DEO,
PRESIDE
AMPLISSIMO VIRO

DN. ALBERTO HEIN, ICTO,
Reverendis. & Illustris. DN. DN. JOAN-AL-
BERTI, Coadjutoris Episcopæ Ratzeburg. Ducis Mega-
politani consiliario, ac in Academia Rosarum Antecessore,
præceptore ac patrono suo atatem
observando,

Ad 26. diem Febr: Anno Mesiæ 1620.

Publica Censuræ subijcit,
SIGISMUNDUS DÜRFELD

Hala-Saxo.

loco horisq; destinatis.

Speculator de libellor. concept.

num. 5.

*Licet frequens meditatio sit carnis afflictio, tamen curare & vigilare debet
causa patronus, ut libellum ritè concipiat, ne clientulum ex ineptia conceptione eadem
ab act. contingat. Nam juxta formam petitionis sententia debet dici.*

ROSTOCHII Typis Joachimi Pedani.




VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
CONSULTISS: PRUDENTISSIMISq;

DNN. CONSULIBUS,
& Senatoribus inclitæ, quæ est
in salinis Saxonis, Reipublicæ,
Dnn. & Patronis meis summâ
observantiâ colendis

*Hoc observantiæ monumentum
In templo Mnemosynes
statuo*

SIGISMUNDUS DURFELD
Halâ-Saxo-

A. & R.





DISPUTATIO

DE

LIBELLIS.

Παρεσκευη.



Artificium libellandi difficilem habet utilitatem, & utilem difficultatem. Quod enim libelli aptitudo processum judicarium suffulcit, quem ineptitudo destruit, utilitatis est; quod verò illa anxie obtineri, hæc non facile potest præcaveri, est difficultatis. Utraq; aliquam - multos magniq; nominis & Ctos nimium quantum inditabit, ut non modo in tractatibus de processu judicario legitimam libelli conceptionem accepiss, proponerent, sed etiam peculiare de ea vel disputaciones vel tractatus concinnarent. Ex illorum fonte rivuli quidam in presentiarum deducuntur in hunc nostra disputationis agellum.

Conclus. I.

LIBELLUS non à libra, in qua Justitia ponderatur, sed à libro, cujus est diminutivum, dictus, ἐν ᾧ λέγεται omnem scripturam denotat. l. si publicanus 4. §. de rebus i. ff. de public. l. prator. 1. pr. ff. de tabb. exhib. l. apertissimi 16. C. de judic. VVesenb. in par. ff. de eden. n. 2. latè Oldendorp. in elegantiss. tract. de formula libelli. Kling. ad.c. 1. de lib. obl. n. 3.

II.

Hic dicitur scriptum, actoris adversus rerum conventum in Judicio intentionem continens l. qua quisq; 1. §. edere 1. ff. l. edita 3. C. de eden. auth. offeratur. C. de lit. contestat. c. Ignarus 1, de lib. oblat. Kulteii. 2. J. R. c. 29. Arpald. de Reyger de proc. judic. disp. 3. th. 1.

III.

Vel brevius: Libellus est scriptura quædam intentionem actoris continens. Hostien. in sum. de lib. obl. Germanicè in civilibus Ein Libell / oder die Klage; in criminalibus, Die Anflag.

IV.

Unde fundamentum Judicij & de substantia processus esse dicitur, Lanfrancus de

eius de Oriano in prax. Judic. c. 5. de petit. n. 20. l. in trib. 13. l. qui prior 29. ff. de
Judic. l. si plurib. 33. ff. de leg. 2. Specul. de lib. concept. s. utrum. Chilian. König in
process. c. 49. §. die Klage. Calvolus in com. concl. aur. s. libellus 9. concl. 5.

V.

Distributio ejus duplex est, una, à forma accidentali, in articulatam seu
positionalem & simplicem; altera à fine, in civilem & criminalem. Kling. de
lib. oblat.

VI.

Articulatus est libellus conceptus & designatus certis articulis. Simplex,
qui serie continuâ, nulla articulorum designatione actoris intentionem docet.
Vultej. 2. J. R. c. 29. Emer. à Rosbach in process. judic. tit. 33. n. 2.

VII.

Ille ab Augusto Electore Saxon. p. 1. const. 2. è foro Saxonico exulare
jussus est, aded, ut etiam pars rea nihil contra ipsum opposuerit, tamen officio
Judicis rejici debeat. Contra in Cam. Imperiali 3. Cammergerichts Ordo
nung 12. §. zum ändern / & alijs curijs passim uterq; recipitur. Ilic. Umm. de
proc. Jud. disp. 6. tb. 8. n. 38. Dis. Trentl. 1. disp. 4. tb. 10. lit. 6. VVes. in par. C.
de form. & imp. n. 7.

VIII.

Libellus civilis est, qui in civilibus; criminalis, qui in criminalibus causis
porrigitur. Prior dicitur etiam lib. conventionis, reclamationis, petitionis, &
postulationis l. fin. C. de ann. excep. Nov. 53. c. illud. 3. pr. c. Ignarus 1. ibiq;
Kling. n. 16. de lib. oblat. Cujac. ad tit. de lib. obl. Posterior etiam querimonialis,
accusationis, in scriptionis. l. libellor. 3. pr. & s. quod si. ff. l. accusationis 17. C.
de accusat. Lanfrancus de Oria. c. 5. de petit. n. 5. Chil. König de proces. c. 40.

IX.

Inscriptionis ided, quia de jure civ. accersens aliquem in discrimen capitis
ad poenam talionis seu similitudinem supplicij se inscribere & fidejussores de lite
prosequenda dare tenetur, d. l. libellor. 3. pr. & s. quod si. l. si cui 7. ff. d. l. ac-
cusat. 17. C. de accus. l. qui crimen 3. C. de his qui accus. ne facile quis profiliat ad
accusationem, d. l. si cui 7. ff. de accus. c. licet 31. de Simon. Cujac. 2. obs. 20.

X.

De consuetudine tamen generalis talis inscriptio negligitur. Jul. Clarus 5.
sent. s. fin. quest. 18. pr. Nam Caroli V. P. B. O. tit. 12. Von verhaftung
der anlägers / bis er Bürgschafft gethan. Volt, ut ab inscriptionis
pagina immunis acesator corporaliter detineatur, donec idoneam præstitit
satisfactionem de rosequenda & probanda accusatione, aut casu, quo id non
habet, de restitutione omnium expensarum, unâ cum injuriæ illatæ satisfac-
tione, secundum arbitrium Judicis taxanda. Schneidb. ad pr. 7. de su-
stet. tit.

Libello

XI.

Libello conventionali, non criminali, annumeramus libellum revocationis injuriarum, seu ad palinodiam, qui ex frequenti usu introductus & à Carolo V. comprobatus est. Wenn einer dem andern einen widerruff thun soll / daß ihm die Angerhane injurien an seinen Ehren vnnachtheilich. Gal. 1. obs. 65. num. 3. & seq. VVurms. tit. 5. obs. 8. Myysing. 2. obs. 98. Oleman disp. 35. n. 39. 40. Vultei. 2. J. R. c. 19. Ethoc in Camera obtinuit. Dissent. Maranto in spec. aur. p. 4. d. 1. n. 17.

XII.

Cum autem Judex sententiam libello conformem ferre debeat. l. cum quidam 17. C. de fidei com. lib. l. ut fundus 18. ff. comm. divid. Specul. de lib. conc. §. nunc dicendum. reusq; secum deliberare, velitne cedere vel contendere l. qua 1. pr. ff. de eden. auth. offeratur. C. de lit. constet. idem is abactore utriq; est offerendus, d. l. 1. d. auth. offeratur. Novel. 53. c. illud quoq; 3. §. sancimus 1. Nov. 112. c. ideoz. 1. c. Ignarus 1. de lib. obl. Chil. Konig. de proc. c. 39. pr. Maran. p. 6. m. 3. de lib. obl. num. 1.

XIII.

Hodie multorum Judiciorum stylo libellus exhibetur Judici in duplo, qui alterum ipsi reo communicat, alterum ad acta deponit. Specul. de lib. obl. n. 4. & de lib. concept. §. restat. Chil. Konig. d. c. 39. §. vnd in diesem fall. Emer. à Resbach. de proc. tit. 33. n. 12. Hanc optimam practicandi rationem opinatur. Obrecht tra. de conc. & for. lib. c. 4. n. 5.

XIV.

Sed cujus sumptibus offerendus? Num actoris? ut vult Speculat. de lib. obl. n. 4. Konig. d. c. 39. Maran. p. 6. m. 3. n. 3. Num rei? ut alij. Nos cum Schardecutissimum arbitramur servare consuetudinem, quæ servanda in Judicijs. Schardecut ad auth. offeratur. C. de lit. contest. vide Umm. de proc. Jud. disp. 6. th. 9. n. 42.

XV.

Editione libelli opus est regulariter in omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus, tam petitorijs, quam possessorijs. l. si in rem 6. ff. de R. V. l. libellorum 3. ff. l. in causis 16. cum. l. seq. C. de accus. l. si ex fin. C. de ann. except. c. licet 31. de Simon. Speculat. de lib. concept. §. nunc dicendum. Oldendorp. tr. de form. lib. §. in quib. cau. lib. non est nec. adeo; ut neq; expressim neq; tacite aut per dissimulationem pratermitti possit, ἀπλογία est, quia judicis quoq; gratia offeratur, nedum adversarij, d. c. licet 31. de Simon. Oldend. d. l. Specul. de lib. concept. §. utrum. Calvolus in com. concl. au. §. libell. 9. concl. 9.

XVI.

Interdum tamen hæc editio remittitur, ut in causis i. summarijs, in quibus non de pleno, sed plano proceditur. Clem. sepe. de V. S. 2. brevibus ac obularibus,

maximè

maximè viliū personarum, *Nobell. 17. c. si tibi 3. 3. notorijs criminibus, quæ Judices ex officio coercere debent & possunt. l. ea quidem 7. C. de accus. Unde Augustinus. Evidentia patratī sceleris non indiget clamore accusationis. c. evidentia. 9. de accus.*

XVII.

4. Cum agitur coram tribunali Imperatoris, cuius presentia omnem solemnitatem supplet *l. omnium 19. pr. C. de testam.* 5. Ex transactione & sententia, quæ paratam habet executionem, *arg. l. si causam 2. C. de execut. rei jud. l. terminato 3. C. de fruct. & lit. expens.* 6. Cum per modum inquisitionis proceditur, *l. apostatarum 4. ubi. gl. ad verb. continus C. de apostas. c. qualiter 24. de accus.*

XVIII.

Imò 7. si statuto vel consuetudine recipiatur, ut ad vitandum sumtus ex non scripto causæ regulariter decidantur, vivendum est patrijs moribus. *arg. l. quotiens 3. pr. C. de privil. scholar. c. cum venissent 3. de eo qui mitt. in poss. quibus totus processus conformis esse debet. Specul. de testib. §. nunc videm. Oldendorp. tra. de for. lib. §. in quib. cau. lib. non est nec. Obrecht. tr. de con. lib. c. 6. num. 4. seqq.*

XIX.

Quod de Jure Saxon. in quorundam Principum aulis ac curijs observari testatur *Bil. Konig. de proc. c. 38. in fin.* Ut videl. uterq; litigantium petitiones suas actuarijs seu amanuensibus excepturis pronuntient, *Das sie eo zu recht von Munde in die Feder setzen. Schneidbb. ad s. omnium 7. de act. num. 98. & seqq. Kling. ad c. 1. de lib. obl. n. 4.* Citra actuarij interventum locus foret imposturis, quibus in jure nihil exotius. *Dd. in c. 1. de lib. obl. Oldend. d. lo.*

XX.

Forma libelli alia fuit ab urbe condita usq; ad eam tempestatem, quæ actionis dandæ autoritas ad prætores pervenit; alia ab ea usq; ad ætatem Justiniani Imp. alia post ejusdem ætatem ad seculum Imp. Lotharij. *Obrecht. d. tra. de comp. lib. c. 7. & disp. 29. de for. lib. & act. c. 1. 2. 3.*

XXI.

Hodie forma ejus juxta stylum & consuetudinem ejusq; curiæ, *Specul. tit. de lib. concep. §. nunc dicendum. num. 3. Kling. c. 1. de lib. obl. n. 3. Calvolus in com. concl. au. §. lib. 9. concl. 1. n. 1.* deficiente autem speciali consuetudine, scripto est concipienda, ita, ut hæc quatuor solennia ferè insint: 1. Præloquium, 2. Propositio, 3. Assumptio, 4. Conclusio. ut hoc vulgato indigitatur:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
Rectè compositus quisq; libellus habet.

PRÆ-

XXII.

PRÆLOQUIUM est, quod ex ritu præmittendum, ut nomen
Judicis competentis. 2. agentis. 3. fugientis seu rei. Nefas enim, nullâ præ-
fatione factâ, iudici rem exponere, *l. facturus 1. ff. de O. J.*

XXIII.

JUDICIS COMPETENTIS; ne exceptio fori declinatoria à
reo opponatur *l. si quis ex aliena 5. ff. de jurisd.* Hodie tamen sufficit officium
dignitatis & Jurisdictionis exprimere. Ex illo enim ferè magis, quàm ex nomi-
ne proprio persona Judicis cognoscitur, *l. si in Judicis 80. ff. de Judic. l. cum qui-
dam 19. §. quoties 1. ff. de Jurisd. Marant. p. 6. m. 3. num. 4. §. Schneid. ad S.
omnium. l. de act. n. 120.*

XXIV.

AGENTIS; si per alium agat, *Bald. in l. 3. C. de edem.* quia ejus no-
men scire multum interest rei, *l. Pomponius 40. §. ratibatio 3. cum seq. ff. de
proc. l. exigenti 12. C. eod.* Si per se, nomen omitti potest, is enim actor in-
telligitur, qui suo nomine libellum producit, sive in prima, sive in tertia perso-
na, sive, impersonaliter, v. g. Præfens libellus à Mævio proponitur. *Obrecht. d.
disp. 29. de for. act. §. lib. 1b. 365. §. seqq. Harprecht de proc. judis. dec. 5. concl. 2.*

XXV.

FUGIENTIS; Etiam plurium, qui ob causam communem in speciem
conveniuntur. Non enim sufficit, ab initio quibusdam expressis, alios vocabu-
lo consortum designare. Sufficiunt tamen Præfectorum nomina vel Syndici,
*arg. l. munerum 18. §. defensores 13. ff. de mun. §. hon. si universitas convenitur.
Obrecht. d. disp. 29. th. 273. §. seqq. König. in proc. c. 52. Hartm. Pist. p. 1.
7. 37. num. 46.*

XXVI.

Præloquium excipiunt reliqua tria solennia, nempe, Præfatio, Assum-
ptio, Conclusio. Illa causam petendi; ista narrationem facti; hæc petitionem.
Seu, Illa causam, ista obligationem, hæc actionem continet. *Specul. de conc. lib.
5. quid lib. n. 3.* Et harum aspectu libellus dicitur Syllogismus quidam prædicus
& judicialis. *Vvesenb. in par. ff. de edem. num. 3. vel argumentum Legistarum.
Lanzanc. de Oriano in prax Jud. c. 5. n. 10. Calvolus in com. conclus. au. §. libell.
§. concl. 3.*

XXVII.

CAUSA PETENDI, qui etiam medius terminus, medium conclu-
dendi, & argumentum tertium vocatur, ex jure deponitur, hoc modò
Ob wol zu rechte vnd in den 5. Reichs constitution vorsehen.

XXVIII.

En facti speciem: Titius penes Mævium patellam auream deposuit. Paulò
post

post eandem repetit. At Mævius restitutionem detrectat. Hæc causa petendi est contractus depositi. Idcirco enim Mævius convenitur, quia à Titio patellam auream depositam accepit. Et hæc causa est è visceribus juris, quo depositarius rem depositam domino petenti reddere tenetur.

XXIX.

Jam revocetur in gyrum Syllogisticum:

Quicumq; volens rem aliquam apud se deponi passus est, is re obligatus, actione depositi, de re, quam accepit, restituenda tenetur:

At Mævius volens patellam auream à Titio apud se deponi passus est, Ergo, Titio eam petenti restituere tenetur. Ex hac dianois elucescit, causam petendi esse medium terminum, quia bis repetitur ante complexionem, nec eam ingreditur.

XXX.

NARRATIO exhibet facti speciem seu casum; ubi tres virtutes servandæ, brevitatis, perspicuitatis, probabilitatis. Prima illa prima ejus virtus est, adeoq; propria, ut si longior, libri nomen admittat, libelli amittat. Cum tam multa ea narret, quid opus est multis? Verborum prolixitas à jure respuitur *l. ampliore 39. §. in refutatorijs 1. C. de appell. Kling. ad. c. 1. de lib. obl. n. 4.*

XXXI.

Qui fiet igitur BREVIS? observatione triplici: rerum, compositionis, verborum. Rerum; ut supervacuum nihil admisceas, nihil repetas. Compositionis; ut omnem longiorem structuram & periodum fugias. Verborum; ut parca & pura sit oratio, necessariam verborum suppellectile contentam.

XXXII.

Virtus altera PERSPICUITAS de industria brevitati subtextitur, quia periculum magnum huic ab illa. Perspicua autem erit narratio præcepto triplici: si verba in ea propria; si usitata; si junta rei gestæ filium collocata. Claritas amica legibus, obscuritas inimica. *Nobell. 107. c. nos igitur, Mantling. ab c. 1. de lib. obl. n. 5. Maranta p. 6. m. 3. de lib. oblat. n. 2. §. 22.*

XXXIII.

At PROBABILITAS in narratione tum, cum est verosimilis. Quod fiet aspectu duplici: Circumstantiarum & causæ. Circumstantiarum quadrupliciter; Si præcipuas personarum, rerum, loci, temporis, circumstantias delibat. Causæ, simpliciter; si causam actionis explicat, si *αἴτιον τὸ παραδόντων* ponit. Illo casu dicitur *ἐπιπέλαστον*, hoc *ἐχρησάμενον*.

XXXIV.

Nam sexus, ætas, dignitas, conditio ejus, qui contraxit; rei mobilis materia, materiæ infectæ pondus, factæ species, signatæ numerus, color, mensura; rei immobilis nomen, fines, vicini, limites proximi, jugera & aliæ qualitates ad certitu-

certitudinem facientes rectissime designantur. *l. si in rem 6. ff. de R. V. l. 1. §. 3. si quis arg. 40. ff. de positi. l. in actione 19. p. de furt. l. format 4. ff. de censibus. c. significatibus 2. de lib. 2. de lib. oblat. Oldend. class. 3. act. 2. Specul. de lib. concep. §. iuxta prepositionem.*

Aliter in actione uniuersali, ut petitione hereditatis & generali, ut act. profocio. Rerum enim petitarum specificam de nominationem non requirunt, sed illic sufficit, ut defuncti bona alicui relicta petantur; hic satis est, ut generaliter imperretur rer. hucusq; ex societate communium divisio. *Obrecht. diff. 29. th. 351. & seq. Specul. tit. de act. §. sequitur. Maran. p. 4. diff. 4. de ord. Jud. Qualiter libellus concipiendus in petitione hereditatis tradit Catheranus decis. 74. n. 5.*

XXXV L

Intentatâ actione personali acquiescendum in allegatione solius causæ remotæ, ut contractus vel delicti; quia ex eâ propinqua, obligatio scilicet operatur. Contractus enim obligati, obligatio actionem præcedit, ut auctora matutina pluviam *Oleman. diff. 36. n. 2. ex Kling. & Myn.* In solius propinquæ non itidem. Quia reus certò statuere nequit, quiescente remotâ, an cedere vel contendere velit. *Lanfranc. de Oriano in prax. Jud. c. 5. n. 7. 8. 9. 10. Schneid. ad §. omnium 1. de act. n. 109. & seqq. an conveniatur actione bonæ fidei vel stricti juris Kling. ad c. Ignarus 1. de lib. obl. n. 21.*

XXXV L I

Putant tamen libellum causæ remotæ inanem in foro admittendum, si ea in progressu declaretur & reus contra eum non insurgat. *Bart. & Da. in l. 1. ff. de eden. Lanfranc. Schneid. ad loc.*

XXXV L II

Conversâ rotâ in actione reali; ubi de necessitate causa proxima, vid. dominium vel quasi; de utilitate remota etiam, vid. titulus, est exprimenda. *Gail. 1. obl. 61. n. 3. Emer. à Rosbach de proc. tit. 33. n. 28.*

XXXV L III

Causa necessitatis duplex: tum quia in actore vindicante necessariò requiritur dominium *l. in rem 23. ff. de R. V.* tum quia causæ solius remotæ, tituli sc. expositio possessorem non ferit directò, nec rectâ vel rectè restitutionis necessitatem importat. Fulmen enim brutum est. Peto hanc rem mihi restitui, quia eam emi à Titio. Simul siquidem stant, emisse à Titio & nullum jus habere. Fortè, quia Titius non erat dominus. *Lanfranc. de Ori. d. c. 5. n. 10.*

X L

Cardo utilitatis in eo vertitur, quod causa remota proximæ in libello associata hoc commodi impertit, ut eâ non probatâ, actor possit eandem rem, ex alia causa, quam ignorantè omisit, petere, non obstante exceptione rei iudicatæ

B

l. ff

I. si mater. ii. §. 2. l. E. an eadem 14. §. actiones 2. ff. de excep. rei jud. Schneid. ad §. omni I. de act. n. 111. Kling. ad c. Ignarus 1. de lib. obl. n. 20.

XLI.

Quod ei denegatur, qui simpliciter jure dominij vel quasi rem ad se pertingere dixit. Omne enim jus suum in judicium deduxisse videtur, cum res amplius, quam semel, nostra esse non possit. *l. E. an. 14. §. actiones 2. de excep. rei jud. Kling. ad c. 1. de lib. obl. n. 20. Unde Zasius ad §. omnium 1. de act. hac cautela instruit reum; ne petat actorem cogi ad allegandam causam remotam. Nam aliàs, secundum Cynum. in l. 3. C. de eden. proprio ligone pedem vulneraret.*

XLII.

Extra hujus utilitatis respectum expressione causæ remotæ tutò supersedebimus. Cum causa. Nam actio in rem est uniformis, sibi similis, ejusdem naturæ, sive actor dominium fuerit nactus juregent, sive civili; ex contractibus b. f. vel stricti juris, titulo oneroso vel lucrativo. *Kling. ad c. r. d. t. n. 20.* Quid igitur rei interest, quâ causâ dominium actoris nitatur? cum si actor dominus est, ut se esse intedit, quacunq; ex causa dominus sit, semper sequatur, rem à possessore petenti domino esse restituendam. *l. officium 9. ff. de R. V.* Si enim actor dominus est rei, ejusdem dominus non erit reus, *arg. l. si ut certo. 8. §. si duobus 15. ff. comm. Obrecht. disp. 29. th. 400. Schneid. ad §. omnium I. de act. n. 116. E seqq. Haneton. in tr. Ju. de lib. obl. p. 1.*

XLIII.

CONCLUSIO; ex recepta fori consuetudine, continet petitionem. Ostendit enim quid actor à reo convento petat. At hæc comptè pro ratione actionis debet formari & tam ad reum, quam ad judicem dirigi, hoc modo: Quare Titius actor petit Sempronium vestrà sententiâ ad præstationem 100. aureorum condemnari. *Obrecht. tr. de conc. lib. c. 11. n. 76. Umm. de proces. d. 6. th. 11. n. 52.*

XLIV.

Est enim potissima libelli pars, pondus & terminus; utpote in qua r. cardine vis ac forma ejus versatur ac ex qua cognoscitur libelli ineptitudo & quæ actio sit instituta. *Lanfranc. de Orian. in prax. Jud. c. 5. n. 6.* Non enim quid narratur, sed quid concluditur attendi solet. *Jafon. ad l. i. pr. ff. de eden.* Unde hodie sufficit ex conclusionis forma certū actionis genus elici; etiã si nullum ejus nomen exprimatur, *V. Ves. in par. ff. de eden. n. 7. V. Vurms. obs. 6. t. 9. Harprucht. tr. de proc. dec. 5. concl. 2.* Quod olim secus fuit jure civili, *l. edita 3. C. de eden. l. si quis. fin. C. de interd. l. non vid. 33. ff. de Judic.* non etiã jure Canonico, *c. dilect. 6. de Jud. c. fin. de lib. obl. c. abbate 3. de senten. E. re jud. in 6. Gail. n. obs. 61. pr.*

XLV.

Imo etiã narratio inepta est, libellus tamen ex apta conclusione sustineri potest, quod non fit, cum ex facti serie bene narrata colligitur inepta conclusio.

Jafon

Jafon in d. l. 1. pr. ff. de eden. m. 14. Tmer. à Roßbach de proc. Jud. tit. 33. n. 31. 32. Oldendorp. in tr. de formul. investiganda. act. Calvolus in com. concl. aur. 8. libell. 9. concl. 3. n. 9. Quid mirum? regulat hæc, ampliatur, restringit totam actionem Schneid. ad S. omnium I. de act. n. 117. 118. ex Jafon. ad S. eund. n. 21. Konig. c. 54.

XLVI.

Vera autem conclusio ut prætexatur completæ petitioni, necessarium non est. Hæc enim loco illius sufficit. Quæquam intuitu advocati & iudicis, qui sic cardinem negotij citius & temporius percipient, præmissis, conclusionem & huic petitionem substitui consultum videatur consultis. *Obrecht in d. tr. c. 14. § d. disp. 29. tb. c. 8.*

XLVII.

At nec semper petitione opus est. Ut in libello criminali, ubi lex pro qualitate delicti concludit, *c. licet. 31. de Simon. arg. l. loca. 9. §. quod. 5. ff. de public. l. cong. 13. ff. de off. Præsid. Lanfranc. in prax. Jud. c. 5. n. 1. Clarus lib. 5. §. fin. 9. 12. n. fin. Chil. Konig. c. 54. §. aber in Peintlichen sachen. Calvol. in com. concl. au. 8. libell. 9. concl. 3. n. 13.*

XLVIII.

Huic libelli criminis specialitati aliam adjicio, quod in eo præter alias circumstantias locus & tempus criminis perpetrati exprimenda sunt, quod nisi fiat, accusatio ipso jure vacillat. *l. libellorum 3. ff. de accus. Gail. 1. obs. 64. n. 9. Myns. 2. ob. 32. Dies tamen & hora omitti possunt, d. l. libellorum. Et hoc servatur in Camera. Myns. 2. obs. 40. Damhoud. in prax. crim. c. 30. n. 5. 6.*

XLIX.

Eadem temporis & loci expressio etiam requiritur, cum civiliter ex delicto agitur, dummodo sit actio infamans, propterea, quia fama & vita pari ambulant passu. *Maran. p. 6. m. 3. n. 14. in fi. Menoch. recup. poss. rem. 1. n. 390. & seqq.*

L.

Et sic quidem comparata est syllogistica libelli conceptio: Sed anne in eo legitima & dialectica propositionum συζυγία ac συμπλοκή nunquam non strictè observatur? Imò interdum præmissæ invertuntur & propositio assumptionis locum occupat, assumptio propositionis. Id quod fit, cum causæ κενόμυρον in facto consistit. Si verò causa petendi seu propositio dubia sit, atq; sic in jure causæ κενόμυρον consistat, ordine servato illa assumptionem præcedit, *Obrecht. d. tr. de concip. lib. c. 14. § d. disp. 29. c. 7. Arn. de Reyger. de process. d. 3. th. 6. Illico Umm. de proc. disp. 6. th. 11. n. 54.*

LI.

In Enthymematica libelli formatione post exordium ponitur facti narratio, nec ante eam causa petendi exprimitur. *Obrecht. d. lo. c. 9. Arnold. de Reyger. in proc.*

de proc. disp. 3. tb. 5. Ut autem pro syllogismo nunc utamur Enthymemate
h. e. Syllogismo mutilato, efficit ignavia vitiligatorum eorum, qui plerumq;
nescierunt, quam intenderent actionis speciem, quæ aliàs è propositione ma-
jore commodissimè colligenda est, ait Oldendorp. in tr. de form. lib. 5. quid
sit lib.

LII.

Inter libelli accessoria agmen ducunt *Cumulatio actionum & adjectio clau-
sularum* salutarium seu salvantium, sic dictarum, sic dictarum, quod per eas multa salvantur,
quæ aliàs videntur morbosa. *Vultei. 2. f. R. c. 29. m. 33.* aliæ autem clausulæ post
exordium, aliæ post facti narrat: aliæ post conclusionem inferuntur.

LIII.

Clausulæ seu cautelæ post exordium usurpari solitæ sunt duæ; una, quod
libellus offeratur non in forma solennis libelli, sed simplicis petitionis.
Nicht in gestalt eines gerichtlichen libells / Sondern nur schlecht erzählungs weise verloffener
Handlung. Hanc operari voluit, ut de plano possit procedi. Quod non est
admittendum nisi in summarijs. In ordinarijs inutilis & inepta est; Ridiculum
enim, penes actorem esse, ut arbitrato suo, citra rei consensum, ordinarium ju-
dicium in extraordinarium transmutet. *VVesenb. in par. C. de form. & impetr.
sublat. n. 7. Illico Ummius de proces. Jud. disp. 6. tb. 12.*

LIV.

Alteræ est, quod actor sese ad superfluum probationem astringere nolit.
Mit vorbehalt vnd bedingung aller rechtlichen Notdurfft / Sondern aber mit überflüssi-
ger beweisung vnd eladen zu sein / vnd nur allein das Jenige zubeweisen vnd aufzuführen /
das zuerhaltung seiner verhofften Gerechtigkeit Klägern dienlich vnd zuträglich.
Hæc protestatio relevat à probatione non eorum, quæ merita causæ attingunt,
sed superfluatorum, quæ aliàs singula probanda sunt, nisi velit causâ cadere. *c. licet
causam ubi Joan. And. de probat. Maranta in Spec. aur. p. 6. m. 3. n. 17. Obrecht.
disp. de lib. form. 29. c. 10. Emericus à Rosbach. de proces. Jud. tit. 35. num. 4.
& seqq.*

LV.

Post narrationem hæc subnectitur: Quod pluries amicablem interpellat-
us dare vel facere recusaverit. *Wiewol kläger offtmals beßigten verhalten in der gute
angelanget vñ vmb bezahlung freundlich e. inner: vnd er sucht / so hat er doch außser dieser not-
gerechtigter Dreyfertigung bey ihm nichts erhalten mügen. Hæc cautela, quam de-
nuntiationem vocant, licet magis urbanitatis sit, quàm necessitatis, cum dies
pro homine interpellat, l. magnam. 12. C. de contr. stip. tamen in actione contra
superiorem non omnino inutilis est censenda. arg. l. si manumissori 4. jun. glo.
in verb. non protriin 9. C. de obseq. patr. præstan. Latè Schneid. ad S. omnium 7. de
alt. n. 122. Harprecht de proces. dec. 5. Concl. 4. Obrecht. d. disp. 29. c. 10. Emeric. à
Rosbach de proc. tit. 35. n. 17.*

PoE

LVI.

Post conclusionem subjiciuntur hæ: 1. Peto reum condemnari & legitimis remedijs compelli. Bitte dero wegen im rechten zuerkennen / Aufzusprechen vnd zuerkennen / daß der Beklagte mir 100. R. zugeben schuldig vnd Klagen darcin zuverurtheilen / auch durch Ordentliche vnd bequeme mittel des rechtens anzuhalten. *Schneid. ad d. omnium l. de act. n. 126. Hoc utrumq; conjungere tutius & utilius est, ut occasio altercandi & coniscandi turbulentis adversarijs præcidatur. Obrecht. d. disp. 29. c. 10. Harprecht. d. lo. n. 6.*

LVII.

2. Unà cum expensis litis factis & faciendis. Mit erstattung der verurtheilten Gerichtskosten vnd Erpensen. Per hanc censetur Judex interpellatus, ut victum condemnet victori in expensas, ad quas non petitas eundem condemnare potest, si vult, non tamen cogitur. *Maranta in Spec. au. p. 6. m. 3. n. 18. Schneid. d. lo. n. 128. Rosbach. tit. 35. n. 22. Et seq. Vid. Mynf. cent. 4. obs. 55.*

LVIII.

3. Super quibus omnibus & singulis peto mihi jus & justitiam administrari, invocans judiciale officium: Ich bitte mich über diß alles nachgelegenheit angefallter Klage vnd was sonst diffals recht zuerkennen / vnd mir die Gerechtigkeit Jus & Justitiam Mitzutheilen / Euer hochwürdes Nicht ertliches Amt hiüber anruffend. *Schneid. d. lo. n. 129. Arnold. de Reyer disp. 3. th. 15.*

LIX.

Hæc cautela est salutaris, sicut herba Bethonica, ait ex *Jasone ad s. omnium l. de act. n. 147. ibid. Schneid. n. 129.* Tantæ enim est importantiæ, ut actor omne jus suum & remedium ex narratis resultans in judicium deduxisse videatur, & ut Judex duntaxat rei veritatem, quæ ex actis constat, non actoris petitionem solum respicere debeat. *Maran. d. lo. p. 6. m. 3. n. 15. Obrecht. d. disp. 29. c. 10. Emer. à. Rosbach tit. 35. n. 11. Et seqq.*

LX.

4. Omni meliori modo, omni salubriori remedio, quo id fieri debet aut potest. In aller beständigsten Form vnd maß / wie solchs im rechten am Kreftigsten geschehen soll, kann oder mag. Hac protestatione effici tradunt pragmatici, ut in casu dubio interpretationem, quæ actori est favorabilior, libellus recipiat. *Maranta Spec. au. p. 6. m. 3. n. 16. Vultei. 2. J. R. c. 29. n. 33. Obrecht. Rosbach. Schneid. Harprecht. Arnold. de Reyer dd. loci.*

LXI.

5. Salvo jure addendi, corrigendi, minuendi. Mit vorbehalt die angefallte Klage zu bessern / mindern vnd endern. Cum potestatio de his, quæ à dispositione legis, non à voluntate libellantis dependent, sterilis sit, relinquatur, & hanc notissimam cautelam talem esse, nihilq; operari præter jus commune, quo emendatio & mutatio per se, est permilla. *Specul. de lib. concep. §. nunc ostendamus. Kling. ad c. significantib. 2. de lib. oblat. num. 29. Obrecht. disp. 29. c. 10. th. 633.*

Rosbach. de process. tit. 39. n. 26. Schneid. ad d. s. omnium f. de act. n. 130. Et ad s. sin minus l. eod. n. 14.

LXII.

Et quamvis emendatio libelli secundum Inter pp. regulariter usq; ad definitivam subsistat; mutatio vero tantum usq; ad iudicii lapidem angularein, scilicet litis contestationem. arg. l. non potest 23. ff. de iud. l. ut fundus 18. comm. divid. Novell. 11. c. 2. Et 3. Ut est communis conclusio. VVesemb. in par. ff. de eden. n. 8. Vulsei. 2. f. R. c. 29. in fi. Et c. 30. n. 74. Schneid. ad s. omn. l. de act. n. 131. Et ad s. sin. minus l. eod. n. 8. Et seqq. Rosbach. de process. Jud. tit. 34. in fi. Gail. 1. obs. 51. n. 9. Et 74. n. 4. vide coruocopiæ distincti in h. quest. apud Specul. de lib. concep. s. nunc ostendamus. Kling. ad c. significant. 2. de lib. obl. à n. 13. usq; ad 31. Nicol. Calvolus in comm. concl. aur. s. acto 3. con. 5. A communi tamen divor- tium fecit Donellus in l. 3. C. de eden. Et s. sin minus f. de act. VVesemb. ad s. eund. l. de act. Quorum sententiæ, utpote in puncto Juris veriori, nostrum adjicimus calculum.

LXIII.

Cumulatio actionum est plurium actionum in eodem libello combinatio, quam faciunt facta diversa, eorumq; narratio & ad ea etiam subjecta petitio, si- quidem tot sunt actiones, quot sunt facta. Kling. ad c. signific. 2. de lib. obl. n. 32. Vulsei. 2. f. R. c. 29. Et hæc quia expressè non reperitur prohibita, dicitur esse de genere permissorum. arg. l. nec non 28. s. quod eis 2. ff. ex quib. ex caus. major. 25. ann. Schneid. ad. s. sin minus l. de act. n. 16.

LXIV.

Maximè, cum litium dirimendarum, sumptuumq; minuendorum ergo fiat. Dummodò tamen actiones coacervandæ sibi invicem non sint contrariæ, arg. l. si. 1. C. de furt. l. sin. C. de codicill. vel eidem contra eundem ad rem eandem ex eadem causa non competant, Electa enim unâ, cæteræ eliduntur l. quod in 9. s. 1. ff. de trib. act. l. cū filius 76. s. 6. ar. 5. 7. ff. de leg. 2. l. nemo 43. ff. de f. R. Zaf. s. ad s. sin minus l. de act. n. 18. Schneid. ibid. n. 6. Kling. ad d. c. 2. de lib. ob. n. 31. Et seqq. Obrecht. disp. 28. per 10. Sed æ extra oleas evagemur; laxiores nō permittimus habenas huic cumulationis ma- rix confragois & difficili ex eo, quod hinc inde conquirenda, non sub uno certo titulo quaerenda sit. Hottom. illust. quest. 29. Oleman. disp. 41. n. 27. in obj. Et resol.

LXV.

Effectus libelli insigniores sunt, quod contrahit litigij vitium Nov. 112. c. 1. interrumpit præscriptionem. l. ut perfectius 2. C. de anna. excep. perpetuat actio- nem l. sin. C. de præscrip. 30. ann. facit litis pendentiam, quæ operatur, ut lite pendente, nihil ianoveatur. Specul. de lib. concep. s. nunc. dicendum. Cbil. Konig. de process. c. 55. Kling. ad c. 2. de lib. obl. n. 22. Et seqq. vide Ilicon. Umm. de process. disp. 6. th. 13. n. 72. Et disp. 5. th. 13. n. 73. videntiam VVes. in par. ff. de usuc. n. 18.

LXVI.

Propria libelli sunt; Esse 1. APTUM. nam ineptus non valet; ideoq; eum
Judex

Judex ex officio rejicit; ne sententia retrò reddatur nulla. *Konig. c. 54. §. 11.*
 Die Klage taug auch nicht. *VVes. in par. ff. de eden. n. 8.* tamen, quoad ejus fieri
 potest, sit sustinendus, modò apra sit intentio, in tantum, ut si partim aptus,
 partim ineptus sit, propter partis ineptitudinem non vitietur in totum. *Gail. 1.*
obf. 66. n. 10. Myns. cen. 4. obf. 5. LXVII.

2. CLARUM & CERTUM, *Gail. 1. obf. 62. n. 2.* non obscurum *antib. offeratur*
C. de lit. contest. l. fin. C. de an. excepti. Si tamen obscuritas non impugnetur, pro-
 cedit, si quidem ex actis potest declarari. *Jafon ad l. 1. ff. de eden. n. 1. Gail. 1. obf. 62.*
n. 1. Obf. 66. n. 6. C. 1. de PP. n. 13. Myns. 1. obf. 33. Maranta in specul. aur. p. 6. m. 3. n. 22.

LXVIII.

3. SIBI IPSI CONVENIENTEM; Contraria enim allegans non est audiendus.
Gail. 1. obf. 79. n. 84. NON CONDITIONALEM vel ALTERNATIVUM. *VVes.*
in par. ff. de ede. n. 4. VVurms. tit. 9. ob. 1. c. fin. de rescrip. Vultei. 2. J. R. c. 29. nisi in
 actione hypothecaria *l. si fun. 16. §. inden. 3. ff. de pign. & in materia l. 2. C. de rescind.*
vendit. Gail. 1. obf. 62. n. 8. 9. 10. Calvolus in eomm. conclus. aur. §. libellus 9. conclus. 2.
Specul. de lib. conc. §. juxta prepositionis.

LXIX.

A subtili advoco rei, inquit *Specular. de libello. concept. §. juxta prepositi.*
 libellus multipliciter potest impugnari, ut ob 1. omissum nomen judicis & litiga-
 torum. 2. omissam mentionem rei petitz. 3. commissam ineptitudinem, [quam]
 causa inepta inserta; obscuritas, generalitas, incertitudo parturit & conclusio
απολλογισως ex præmissis illata, veluti in h. exemplo: Peto centum, quia
 Cæsar est Rarisbonæ, vel quia Lisbonæ venditur piper. *Kling. ad c. significantib. 2.*
de libel. obl. n. 15. Emer. à Kösbach de process. Jud. tit. 33. n. 43. C. seqq. VVesenb. in
par. C. de form. C. imp. act. subla.

LXX.

Conventionali libello affinis est libellus principi oblatas; qui interdum licet
 contestationem inducit. *10. tit. C. de precib. Imp. offer. l. 1. l. 2. C. quan. lib. prin.*
obl. VVesenb. in par. C. de form. C. Imp. act. sub. n. 9.

AUCTARIUM.

Et hæc methodo didascalica seu doctrinæ de libellis conquirere lubuit, ne
ἀπομυθεύσης & ἀπύμθεύσης ex hac Academia abitum maturare videar. Adji-
 cio auctarium accersitum ex *Oldendorp. tr. de form. investiganda act. C. Obrechtii*
disp. 12. part. 3. C. disp. 29. c. 4. quænam telam libelli concipiendi aggressuro sint
 ponderanda. De his sic habendum: Concepturo libellum tria ob oculos obver-
sentur. 1. Facti species. 2. actio ex facti specie competens. 3. Actionis vis & natura.
Illa discenda est ex cliente solertissimè, cum rerum, personarum, loci, temporis,
 alijsq; maximè merita causæ concernentibus circumstantijs. *Ista* investiganda
 est ex 1. *Causa*, ex qua agitur, quæ vel habet obligationis speciem & producit
 condi-

Conditionem ex contractu vel delicto, vel non habet, & producit venditionem.
2. Jure, ex quo agitur, quod naturale vel civile, scriptum vel non scriptum est,
unde actiones & conditiones ex moribus promanant. 3. Re, quae peritur; & hæc
vel dationem, quo casu ad dandum; vel factum continet, quo casu ad faciendum
agi oportet. Hæc imbibenda ex his fontibus: 1. Cui auctori natiuitatem suam
acceptam ferat actio. 2. Ex qua causa. 3. Cui. 4. contra quem. 5. an heredibus &
contra heredes. 6. Ad quid. 7. quamdiu comperat. 8. quis sit ejus exitus. 9. quid
spectandum judici. 10. quid litigatoribus. 11. an quæ suppetant remedia affinia.

Sed jam

Claudantur rivi, Tat pratula nostra biberunt.

Qua Causa sint jura, quibusq; negotia consent
Cuncta, sibi supplex quisq; libellus habet.
Iis motus Judex tribuit tribuenda cuivis,
Iustitia atq; equâ lance secanda secat.

Quantum igitur profit rectè formare libellum,
Et medio causa sistere jura foro;

Quod si quis nescis, non multo interprete disces,
Praxin adi Legum, res satis ipsa liquet:

Id quoque DURFELDI, ne fortè Tabellio peccet,
Publicitus graiâ sedulitate doces,

Et brevibus chartis multis abscondita monstras,
Teq; probas, juvenis sis licet, esse virum.

JACOBUS FABRICIUS D. Archiater
& Professor Megapolitanus.

Dum Megalepoleos lætus peregrinor in urbe,
Tu peregrinaris juris in orbe sagax.
Nec tamen es peregrinus in hoc, sed civis ibidem
Diceris. En thesium testis acervus adest.

CHRISTOPHORUS LEBZELTER
In Megapoli hospes.

1700

LVI.

Post conclusionem subjiciuntur hæ: 1. Peto remedijs compelli. Bitte deroewegen im rechten zuerthellen / daß der Beklagte mir 100. R. zugeben schuldig ist / auch durch Ordentliche und bequeme mittel des rechten omnium l. de act. n. 126. Hoc utrumq; conjungere altercandi & coniscandi turbulenti adversarijs p. c. 10. Harprecht. d. lo. n. 6.

LVII.

2. Unâ cum expensis litis factis & faciendis facten Gerichtskosten und Expensen. Per hanc censuram victum condemnet victori in expensas, ad quas non demnare potest, si vult, non tamen cogitur. Maran. Schneid. d. lo. n. 118. Rosbach. tit. 35. n. 22. & seq. v.

LVIII.

3. Super quibus omnibus & singulis peto mitti, invocans judiciale officium: Ich bitte mich vber statier Klage vund was sonstn duffals recht zuerkenntnis & Justiciam Mitzurheuten / Euer hochwürdes Nicht Schneid. d. lo. n. 129. Arnold. de Reyger disp. 3. th. 1

LIX.

Hæc cautela est salutaris, sicut herba Bethonica l. de act. n. 147. ibid. Schneid. n. 129. Tantæ enim omne jus suum & remedium ex narratis resultans in & ut Judex duntaxat rei ueritatem, quæ ex actis solum respicere debeat. Maran. d. lo. p. 6. m. 3. n. Emer. à. Rosbach tit. 35. n. 11. & seqq.

LX.

4. Omni meliori modo, omni salubriori remedio in aller beständigsten Form vund maß / wie solchs im recht kann oder mag. Hæc protestatione effici tradunt pro interpretationem, quæ actori est favorabilior, libellu p. 6. m. 3. n. 16. Vultei. 2. J. R. c. 29. n. 33. Obrecht. Arnold. de Reyger dd. loc.

LXI.

5. Salvo jure addendi, corrigendi, minuendi Klage zu bessern / ändern vnd endern. Cum potestatio legis, non à voluntate libellantis dependet, sterilius visissimam cautelam talem esse, nihilq; operari prædatio & mutatio per se est permissa. Specul. de lib. Kling. ad c. significantib. 2. de lib. oblat. num. 29. B 3

& legitimis

eben vund zuerthellen / auch durch Ordentliche und bequeme mittel des rechten omnium l. de act. n. 126. Hoc utrumq; conjungere altercandi & coniscandi turbulenti adversarijs p. c. 10. Harprecht. d. lo. n. 6.

iq der verurtheilt, uund dem condemnare potest, si vult, non tamen cogitur. Maran. Schneid. d. lo. n. 118. Rosbach. tit. 35. n. 22. & seq. v.

administrativem gegen die angelegte Klage vund was sonstn duffals recht zuerkenntnis & Justiciam Mitzurheuten / Euer hochwürdes Nicht Schneid. d. lo. n. 129. Arnold. de Reyger disp. 3. th. 1

ad omnium omnium, ut actoris, esse videatur, petitionem l. de act. n. 147. ibid. Schneid. n. 129.

et aut potest. geschehen soll, in dubio in vna Spec. arr. t. Harprecht.

die angelegte dispositione & hanc non quo emendandum ostendamus. c. 10. th. 633. Rosbach.

